

## DOCTRINAE PUNCTA PRAECEDENTIBUS CONNEXA :

- 1°- Existit magna angelorum multitudo. S.Th.1,50,3-4; P. 383, 388.
- 2°- Angeli in diversas hierarchias et ordines distinguuntur. S.Th.1, 108-109; P. 384-3987.
- 3°- Angeli sunt natura sua incorruptibiles. S.Th.1,50,5; P.370 "Cum angeli..."
- 4°- Angeli non sunt in loco nisi per contactum virtutis, i t a ut loco nec commensurentur, nec contineantur.- S.Th.1,52,1; P. 371-372, Comp.375.
- 5°- Corpori et angelo convenit moveri secundum locum, sed ae- quivoce.- S.Th.1,53,1.
- 6°- De cognitione angelorum, S.Th.1,54-58.  
 Scilicet, de virtute cognoscitiva angeli: 54  
 de mediis cognitionis angelicae,55  
 de rebus quas naturaliter cogn.:  
 - immaterialibus: 56  
 - materialibus : 57,1-2.  
 de rebus quas angeli solum in Dei visione cognos-  
 cunt: 57 3-5.  
 de modo cognitionis angelicae: 58.
- 7°- Item de voluntate angelorum et de eorum amore seu dilecti-  
 one.- S.Th.1,59,60; P.379.
- 8°- Angeli inter se colloqui possunt. S.Th.106,107.
- 9°- Angeli creati sunt in gratia. S.Th.1,62,3 ; P.392.
- 10°- Secundum gradum naturalium angelis data sunt dona gratia-  
 rum. S.Th.1,62,6; P.393; Tepe, 930-936.

ANGELORUM MULTI, ANGELI BONI, AETERNAM BEATITUDINEM ADEPTI SUNT ET DEI MINISTRI SUNT IN NEGOTIO SALUTIS HOMINUM; MULTI VERO, ANGELI MALI, PECCATO COMMISSO IN AETERNAM DAMNATIONEM RUE-  
RUNT ET EX DEI PERMISSIONE VARIIS MODIS HOMINES INVESTRERE POS-  
SUNT.

S.Th.1,62-64; 110-114; P.394-415; Van Noort, 121-145; Hur-  
ter, 413-419; W.78-97; Palmieri, th.59-64; Mazella, 444-489; Sua-  
rez, De Angelis, 11,6-8; Catholic Encyclopedia, Demon, Démoniacs  
Demonology; DA., Demons; Dict. de la Bible, Démoniaques, H.Le-  
sêtre.

### P R I M A P A R S

MULTI ANGELI AETERNAM BEATITUDINEM ADEPTI SUNT, MULTI VERO  
PECCATO COMMISSO IN AETERNAM DAMNATIONEM RUE-  
RUNT.

ANGELI = substantiae completae pure spirituales a Deo crea-  
tae et ad ordinem supernaturalem evectae.

BEATITUDO = status omnium bonorum plenitudine perfectus,  
seu, pro creatura rationali, Dei finis ultimi plene satiativa  
possessio per intellectum et voluntatem.

AETERNA = perpetuo duratura.

AETERNAM BEATITUDINEM ADEPTI SUNT = Deum intuitive vident,  
perfecte amant eoque absque fine fruuntur.

DAMNATIO = status eorum qui Deum amiserunt finem suum ul-  
timum et poenis plectuntur quas peccato meruerunt.

AETERNA = perpetuo duratura, ut ipsa beatitudo.

PECCATUM (actuale) = legis divinae transgressio.

IN AETERNAM DAMNATIONEM RUE-  
RUNT = propter libertatis suae  
abusum jam versantur in miserrimo statu descripto.

MULTI = plures in utraque sorte, non determinando numerum.

NOTA : DE FIDE CATHOLICA.

PROBATUR :

1°- S. SCRIPTURA:

a) Multi angeli aeternam...adepti sunt.

Hebr.12,22; Mt.10,10;22,30 = multi angeli sunt in coelesti beatitudine.- P.389.

b) Multi alii... in aeternam damn. ruerunt.

2Pet.2,4; Jud.6 = multi angeli peccaverunt, rudentibus inferni in tartarum detracti cruciantur, vinculis aeternis ligati in caligine.- P.397.

2°- TRADITIONE :

a) FP. P.394.

b) Eccl. declarationes de daemonibus (D.428).

c) Doctrina magisterii ordinarii.

## SECUNDA PARS

### ANGELI BONI SUNT DEI MINISTRI IN NEGOTIO SALUTIS HOMINUM.

ANGELI BONI (vel simpliciter angeli) = ii ex angelis qui aeternam beatitudinem adepti sunt.

NEGOTIUM SALUTIS HOMINUM = procuranda hominibus aeterna coeli felicitas et amovenda ab eis aeterna inferni supplicia per divinae legis observationem et finalem perseverantiam.

MINISTRI DEI IN ... HOMINUM = ex Dei voluntate et propter Dei servitium homines adjuvant in servanda Dei lege et ad finaliter perseverandum.

ADVERSARII : Protestantes plurimi et Rationalistae.

NOTA : DE FIDE CATHOLICA.

## P R O B A T U R :

1°- S.SCRIPTURA: Hebr. 1,14. P.403.

2°- TRADITIONE :

- a) PP. et TT.
- b) Eocl. festa, preces et praedicatio.

## SUADETUR ratione :

- a) imbecillitas hominum et impugnatio daemonum,
- b) destinatio hominum ad constituendam unam civitatem coelestem cum sanctis angelis,
- c) exemplum Xti redemptoris convenientiam ostendunt Angelorum bonorum ministerii. P. 404; S.Th.1,113,1.

## T E R T I A P A R S

ANGELI MALI EX DEI PERMISSIONE VARIIS MODIS  
HOMINES INFESTARE POSSUNT.

ANGELI MALI (daemones, daemonia, spiritus nequam, immundi)=  
ii ex angelis qui peccato commisso in aeternam damnationem ruerunt.

EX DEI PERMISSIONE = quia et in quantum ad virtutis humanae exercitium et ad alios justos fines sinit eos Deus.

HOMINES = viatores seu adhuc in praesenti vita militantes (de hominibus damnatis hic non loquimur; de hominibus vero beatis sermo esse non potest).

INFESTARE = hostiliter aggredi, eos perdendi vel saltem vexandi causa.

VARIIS MODIS = tentationibus, malis physicis, obsessionibus et commerciis seu magia.

- a) Tentatio = provocatio ad peccandum.
- b) Mala physica = tempestates, morbi, etc...
- c) Obsessio = consistit in eo quod daemon corpus hominis occupat et organa ejus utitur contra voluntatem hominis, addens interdum facultates, quae vires physicas hominis transcendunt.